Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/322639

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

PETRI JOHANNIS ISAÄCI DE FREMERY,

MATH. MAG. PHIL. NAT. MED. ET ART. OBST. DOCT. ET PROF.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

In Academia Rheno-Trajectina

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

PETRUS CAAN,

HAGANUS.

AD DIEM XVI. M. DECEMBRIS, ANNI MDCCCXLVIII, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM.
Apud J. DE KRUYFF.
MDCCCXLVIII.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA L. E. BOSCH ET FILII.

THESES.

I.

Ex Cicerone pro Flacco cap. 32 probari nequit, res mancipi fuisse quae in censum veniebant, nec mancipi quae a censu exemtae erant.

II.

L. 28 D. de usuris interpolata est.

III.

Exceptio rei judicatae non obstat vindicationi, si in priori petitione causa erat adjecta vel expressa.

IV.

Pro judicato usucapi potest.

V.

Minime cum Hotmanno (Obs. 8. 7.) in l. 3 § 14. Dig. de adq. v. am. possess. *silvis NON circumseptis* legendum est.

VI.

Art. 878 C. C. intelligendus est etiam de casu, quod probari nequit, utrumque eodem die vel casu periisse.

VII.

Minoris domicilium legitimum est apud tutorem si mater vidua tutela non fungitur.

VIII.

Commodatarius rem propter impensas retinere potest.

IX.

Nulla antinomia inter Art. 1132, N° 1. C. C. et 1134. C. C.

X.

Oppositione facta ex Art. 1113. C. C. creditores vel legatarii minime in bonis hereditariis jus in re acquirunt.

XI.

Art. 258, Cod. Merc. non prohibet jusjurandum decisorium deficiente initio probationis per scripturam.

XII.

Epistolae mercatorum per triginta annos servandae non sunt.

XIII.

In Art. 412 Cod. Merc. impensae itineris non continentur indemnitate legitima.

XIV.

Ex Codicibus mercatorum unice codex diarius, (Art. 6 Cod. Merc.) vim probandi habet.

XV.

Mercium venditio mercatori facta, licet non sit res mercatoria, tamen per testes vel per codicem mercatoris probari potest.

XVI.

Qui suicidae arma vel alia adminicula praebuerit, non punitur, omnino autem qui volentem occidit.

XVII.

Art. 222, Cod. Poen. intelligendus est de injuriis *non scripto* sed ore editis.

XVIII.

Recte tam peregrinus quam civis hic puniuntur, qui peregre crimina vel delicta commiserant.

XIX.

Bigamiae praescriptio currit inde a secundis nuptiis celebratis.

XX.

Probanda est divisio maleficiorum in crimina, delicta, et leviora peccata.

1900247